De pueris bone indolis

heſter pro liberacione iudeorum Heſter quarto.

Daniel duos preſpiteros contra ſuſ
ſanā venientes conuicit. Danielis .xiij

Itē viſiones nabuchdonoſor pru
denter expoſuit. Danielis .ij. et .iij.

Judas machabe9 prudēter ſe ſub
traxit quando nichanor eū dolo ca
pere voluit. i. Machabe .vij.

Cōſtitutum fuit dixo in qua iudas cū
nichanore loquebatur ipē autē iu
das p̄cepit armatos eſſe i locis opor
tunis ſi forte aliquid mali operaret
ij. Machabeorū .xiij.

Cū iuſſiſſet tribunus paulum ce
di flagellis reſpōdit paulus prudē
ter centurioni ſibi aſtanti ſi licet vo
bis hominem romanum indēpnem
flagellare et diſcedebant qui eū tor
turerant. Actuum .xxij.

Cū vellet paul9 a grecia in ſiriā
nauigare vt intelligerē ſibi a iudeis
paratas inſidias prudenter declina
uit et venit p macedoniā Actuū .xx

Itē nota de ei9 prudētia. Actu .xxiij

Cū sciret q iudei iurauerāt cibū
ſe nō guſtaturos donec eū ocidereēt
ipſe fecit hoc prudenter tribuno nū
ciari qui eū de nocte ad felicem pre
ſidem cū armatis tranſmiſit et plu
ra alia Nota ibidē cum feſtus p̄
ſes vellet paulum econtra in iheruſa
lem reducere ſciens paulus eorum
maliciam diſcrete et prudenter ad ce
ſarem appellauit. Actuū .xxv.

De pueris bone indolis.

Iſaac nec cōtradixiſſe nec
murmuraſſe legitur qñ pā
ter voluit eū ymmolare et
ocidere Geneſis viceſimo ſecundo

Joſep h fratres ſuos apud patrē
ſuū de crimine peſſimo accuſauit io
eū vēdiderunt p quod patet q mūd9
erat et peccatū eorū deteſtabat pa
tri vero volenti eum ad fratres mit
tere ait preſto ſū Geneſis triceſimo
ſeptimo.

Samuel puer bon9 miniſtrabat i
conſpectu dei. i. Regum. iij.

Dauid puer perit9 et humilis
erat quādo in regē vnctus eſt primo
Regū .xvi.

Joas fili9 ioram regis iuda puer
ſeptem annorum quando regnare ce
pit fecit quod bonum erat cunctis
dieb9 ioiade ſacerdotis quarto. Re
gum duodecimo Poſt mortem autē
ioiade conuertit ſe ad malū

Octo annorū erat ioſias cū regnare
cepiſſz fecitq; qd placitū erat corā do
mino. iiij. Regū. xxij.

Thobias cum eſſet iunior omnibus
in tribu neptalim nichil tamē pueri
le geſſit in opere Thobie. i.

Preterea cum filiū genuiſſet eum
timere deum docuit ab infantia ab
omni peccato. Thobie. i.

Daniel et ſocij eius ſine magiſtro
et doctore legem dei ſeruantes ſobri
e pie et iuſte inter prauos gentiles
vixerūt. Danielis. i.

Sēptē filij matris ad mirabilē ſa
pientiam in reſponſionibus mundi
ciam in moribus paciencia; i aduer
ſitatibus habuerunt ſecundo. Mac
habeorum .vij.

Johannes baptiſta puer creſce
bat et confortabatur ſpiritu ſancto
et ſancte et mūde ſemper vixit Luce
ſecundo

Puer iheſus humilis et ſapiens
ſubdit9 parentib9 erat Luce. ij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf